

## Festum natiuitatis

rentiam partium Euæ & Mariæ perpendit. Eua enim corrupta peperit, Maria incorrupta, &c. plura vide, In eius sermonib. a fol. 68. col. 1. ad fol. 71 col. 1.

S. AVGVSTINI sermo in euangelium, in principio, &c. Imprimis modum tradit Verbi Diuini sibi comparandi, & pretium quo debet emi. Deinde contra Arrianos de Christi Domini Diuina Natiuitate fusè loquitur; coæternitatem ipsius cum Patre, & cum eodem in natura æqualitatem, (licet sit filius, licet dicatur natus) similitudinibus ignis & splendoris ab igne emanantis, corporis & eius imaginis ab ipso procedentis in speculo, aut in aqua expressæ, aliarumque creaturarum appositæ ut cumque explicans. Denique eum Verbum Diuinum caro sū factum rationem reddit, & ad cordis munditiam, humilitatemque Pueri incarnati & nati exemplo, fideles hortatur serm. 38. de verbis Domini in Evangelio secundum Iohannem fol. 31. 32. 33. Tom. 10.

Eiusdem, sermo in festo Natiuitatis Salvatoris nostri Iesu Christi: duo facit. I. Natiuitatis Christi temporalis mirabilia refert, II. eiusdem natiuitatis æterna incomprehensibilia miratur Tom. 10. serm. 5. de Tempore I. in Natiuit. fol. 124 col. 3. & 4.

Eiusdem, serm. 3. vnde supra, de duplice Christi natiuitate instituitur, de Christi Diuinitate & humanitate fides astrictur, Spiritus sancti Deitas, & eius cum Patre, filioque per omnia æqualitas comprobatur, qui SS. Trinitatem catholicè confitetur, benedictionibus repletur, qui hereticè, maledictionibus impetratur. Ibid. serm. 6. de Temp. 2. vero Natiuit. fol. 125.

Eiusdem, sermo quartus in eadem celebritate, docet populum, hac die primò veram de peccatis præteritis pœnitentiam ageridam; deinde vota Domino Redemptori nascenti promittenda & reddenda (vbi, quid sit vera pœnitentia, & quodnam optimum votum.) Denique propter partum Beatæ Mariæ, virgines, viros, viduas siue fœminas, pœnitentes, pauperes, seruofque alloquitur, & hos omnes ad vitia

A deponenda, virtutésque adipiscendas cohortatur. Ibid; Serm. 7. de temp. & in Nat. 3. fol. 125. 4. & fol. 126.

Eiusdem, sermo quintus, de mysterio Incarnationis; quo paëto Verbum Diuinum pro nobis caro factum, Diuinitatis suæ nihil perdiderit, docetur. Virginitas B. Mariæ etiam in partu, probatur. Duplex causa ob quam Dei filius, factus est hominis filius assignatur, vna ut à peccatorum vinculis captiuos liberaret altera vero ut nos suo exemplo ad studium sanctitatis accenderet, & ad perfectionis fastigia prouocasset, maiori alacritate sequeremur. Ibid. serm. 8. de Temp. & 4. in Natiuit. fol. 126. & 127.

Eiusdem sermo, sextus isque deuotissimus, agit de nouitatibus in mysterio Verbi incarnati visis quomodo per Christum mundi artifex speciem illius antiqui & insipientis sæculi innoverit, nouum faciendo super terram; Postremo legationem Angelicam deuotè explicat, & huius Natiuitatis circumstantias miratur, ac laudibus celebrat. Ibid. serm. 9. de Temp. & de Natiu. 5. fol. 127. col. 1. & sequent.

Eiusdem, sermo septimus partum sacræ Virginis, & ortum dominici corporis explicat, virginitatem laudat, beneficia in hac Natiuitate hominibus collata paucis enumerat, matrem in partu & post partum prædicat, & eamdem typum esse sanctæ matris Ecclesiæ appositi, licet breuiter, exprimit. Ibid. serm. 10. de Temp. 6. Natiuit. fol. 127. col. 3. & 4.

Eiusdem, sermo octauus, virginitatem Matris Dei in partu, & diuinitatem filij hodie nati, in vagitu, ac humili aspectu, effigie citè probat, tres valde mirabiles nascendi species à sanctissima Trinitate operatas refert, nimirum hominis ex limo, mulieris ex costa, Christi ex Virgine; Ultimè, ad castitatem, misericordiam, & iustitiam auditores hortatur. Ibidem serm. 11. de Temp. 7. Nat. fol. 128 col. 1.

Eiusdem, sermo nonus in illud Isaie 53 Generationem eius quis enarrabit? Vtramque Christi Domini Generationem &